

Innocentius IV. papa, Prussie archie-  
piscopum ad Russos mittit, redeunti-  
busque ad ecclesie coniunctionem gra-  
tulatonis literis fauste precatur.

Sum in partibus vestris mores ac ritus Gre-  
corum, qui superstitiose ac damnabiliter ab uni-  
tate ecclesiastica receperunt, fuerint hactenus  
non sine animarum periculis observati, et nu-  
per gratia favente divina illuminata fuerint  
corda vestra, ut recognoscentes Romanam eccle-  
siam matrem aliarum omnium et magi-  
stram, ac summum pontificem successorem  
Petri, cui collatae sunt claves regni caelestis,  
ligandi et solvendi, et Jesu Christi vicarium  
esse caput; quia cum unus sit dominus, u-  
na fides, unum baptisma, unum principium,  
unum corpus ecclesie militantis, corpus cum  
pluribus capitibus monstruosum, et sine capite  
acephalum inseretur, ad devotionem et obedi-  
entiam apostolicae sedis et nostrae redire, sicut  
accepimus affectetis; nos ei assurgentes in lau-  
dem, qui oculos Tobiae per collyrium ex felle pi-  
scis illuminare dignatus est, et aperire oculos  
ceci nati; ac exultantes cum muliere, quae iux-  
ta veritatem evangelicam, dragmam, quae perierat,  
reinvenerit; venerabilem fratrem nostrum archie-  
piscopum Prussie et Estonie, apostolicae sedis  
legatum, virum utique secundum cor nostrum,  
morum honestate decorum, literarum scientia pra-  
ditum, et consilii maturitate preclarum, qui  
vobis

vobis verba orbe deferat, et nostram et fratrum  
nostrorum plenius voluntatem exponet, ad par-  
tes vestras, commisso sibi in eisdem partibus ple-  
ne legationis officio, duximus destinandum, con-  
cessa ei libera potestate, ut eollat et destruat,  
dissipet et disperdat, edificet et plantet, prout se-  
cundum Deum vident expedire etc. Datum Lugdu-  
ni quinto nonas Maij, anno tertio